



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius
Marius Victor, Claudius**

Lvgdvni, 1536

Capvt Xlll.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12149

VT duros primū pelagi sensere furores
Illustres fluuij, magnos quos inclita cursu
Forma refert; motusq; nouos stupuere parūper.
Vt credas sapuisse fugam mox versa retrorsum
Vndarum in terris sublata volumina spargunt.
Insequitur tamen oceanus; refugisq; fluentis
Imminet; & falsis impellit motibus amnes.
Tunc maior strepitu tanto mortalibus ægris
Fit metus; ascendunt turres, & celsa domorum
Culmina; præsentemq; iuuat vel tempore paruo
Sic differre necem; multos dum scandere tentant
Crescens vnda trahit: quosdam fugitare volētes
Consequitur, cursuq; fugam deprendit inancm.
Ast alijs longo iactantes membra natatu,
Defessi spirant animas; aut pondere nymbi
Obruta flumineas immixta p æquora lymphas
In quocunq; bibunt morientia corpora monte;
Aedibus impulsis alijs periere ruina;
Cumq; vndis fluxere simul dominusq; domusq;.
It fragor in cœlum, sonitu collectus ab omni:
Quadrupedūq; greges humana in morte ruentū
Augent confusos permixta voce tumultus.

Hæc

Hæc inter miseri feruentia funera mundi
 Pregrauis insanis pulsatur motibus archa,
 Cōpagesq; tremunt, stridens iunctura laborat.
 Nec tñ obstructā penetrat vís improba: quāquā
 Verberet, & solidam fluctu feriente fatiget:
Archa Noe
ecclesiā p̄rē
figurauit.
 Non aliter crebras ecclesia vera procellas
 Sustinet, & sequis nunc diuexatur ab vndis:
 Hinc gentilis agit duros sine more furores:
 Hinc Iudæa fremit, rabidoq; hanc impetit ore.
 Hereseon vesana furens ex inde carybdis
 Concutit, & Graium sapientia stulta sophorū.
 Quę quāquā inter se vario certamine pugnant,
 Debellanda tamen si quando ecclesia, gaudent
 Consensu vnanimi Christi consurgere contra
 Nauiculam: & vanis mendacia fingere verbis.
 Sed clausam vacuo pulsant impune latratu.

C A P V T X V .

TAm medium crescens archæ cōtexerat vnda,
 Cōmoratq; cauā suspendens vndiq; molem:
 Sed melius tutā facilī portante natatu.
 Quoq; vocant vndę sequitur īā mobile pondus,
 Sic nos seruati meliora in tempora, mundo
 Cedere discamus dum ducimur: omne resistens
 Si flecti